*Princeps ac Comes Hennenbergenſis ex linea Schleuſingenſi, dÿnaſtâ in Aſchach ac Romhilt, Ex Decano maioris Eccleſiæ in Archipræſulem anno 1484. die 20. Maÿ electus, et ab Innocentio Papa confirmatus, ꝑfuit laudabiliter ac prudenter, nec minus fœliciter annis 21. menſ. 6. diebus 29. Vir inter ſui ordinis et ætatis Principes prudentia, conſilio, atqꝫ authoritate primarius, Religionis item pacisqꝫ ſervandæ ſtudioſiſſimus. Maximilianum Francofurti in Romanorum Regem creauit, cui longè chariſſimus, eiusqꝫ per annos multos Cancellarius poſtmodum extitit. Imperialis quoqꝫ Cameræ ac Iudicÿ Spirenſis, itemqꝫ Suevici fœderis conſtituendi, in Comitÿs Wormatienſibus author fuit; Severus item monaſticæ diſciplinæ reformator.*

*Obÿt anno Chriſti 1504. die 20. Decemb. ætatis ſuæ an. 64. in Mo= guntina Eccleſia ante Chorum ferreum tumulatus. etc:*

9

Inv. 5164

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig
DFG © HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=e-kieser-exc-ab3-0100